Malawsczy inter se Roborant

Comparentes personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premislien. Generosi Samuel Malawski ab una et Petrus Malawski ab altera partibus fratres inter se germani sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedentes huic autem iurisdictioni Castrensi Premislien. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quantum omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publiceque ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se suosque successores in et super bonis suis quantum omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris suis inscribunt et obligant intercisam certam inter se recognitam occasione quarumvis rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et data hic Premisliae die [illegible] diema confectam manibus recognentium subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentisque et nexibus grandi omnibus tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis in ibus contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam reciproce in toto referendo. Idque sub vadio Mille florenorum pecuniae polonicalis per partem pactum cum successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum intercisae praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus memoratae partes recognentes utraeque se suosque successores in et super bonis suis quantum omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant inscriptionem praesentem roborandam ex his actis Castrensibus authentice depromptam ad acta Terrestria Premislien. ante decursum trium annorum transferre et transportare. Sub simili et speciali vadio mille florenorum pecuniae polonicalis per partem pactam cum successoribus utriusque partis ob non transportationem inscriptionis praesentis + sive Communitim sive divisim +

pro tempore

pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendis ac pro se aliqua principali ex praemissis non completa complendaque praemissis citata erit pars una praemissa non tenens aut eius successores ad instantiam partis alterius praemissa tenentis vel illius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense exhinc recessu supraserio quo ad rendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare in iure parere mederi vadia praefata luere inscriptioni huic satisfacere ac condemnationem pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios versa infirmitate pro maiori minorennitate successorum legione intra vel extra Regnum servitio militari admunimenta ad Evictrem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praedictos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac [illegible] prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Conventione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Episcopus Ritus Graeci cum suo Capitulo et Walawska Roborant.

Comparentes personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliens. Admodum Reverendus Athanasius Krupeczki Episcopus Ritus Graeci Premisliensis, Joannes Swirkocki Presbiter atque Ignatius Diaconus Ecclesiae Premisliensis Ritus Graeci suo et totius Capituli Ritus Graeci Premisliensis pro cuius ratihabitione caverunt et se praesentibus inscribunt nomine ab una et Generosa Marina Generosi olim Joannis Walawski Consors relicta vidua ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Huic autem iurisdictioni Castrensi Capi

Premisliens. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando ac subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt. Et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores inter se super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus interusam certam inter se reqnites ratione certarum rerum et condonum ibidem ineundem interusa contentarum de actu et data illius hic Premisliae die vigesima secunda mensis Februarii anno praesenti confectam manibus reqntium propriis pro parte Generosae Mariae Walawska Generosi Gabrielis Walawski filii ipsius subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eiusdem interusae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis ac neribus quibusvis universis tam in partibus quam in toto firmiter tenere complere et exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam interusam ad irsonnem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam interusam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio duorum millium et quingentorum florenorum polonicalium poena per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum interusae praefatae tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Caeterum partes praenominatae utraque reqnites se ac suos successores inter se super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri parti ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus inscriptionem praesentem ex his actis castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia sive coniunctim sive divisim ante decursum unius anni transferre et transportare. Idque sub simili et speciali vadio aliorum duorum millium et quingentorum florenorum polonicalium per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco superexpressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac re aliqua primitus non completa complendisque praemissis citata

Citata existens pars una praemissa non tenens sive eius successores ad instantiam partis alterius praemissa tenentis sive eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc secessu supraseriori quoad rem spectat mediante semper in primo citationibus termino tanquam peremptorio stare iuri parere rendere vadia praefata luere insendi huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac successores ad eaque omnia obligat cuncque terminum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptos. Item infirmitate pro maiori minorennitate successorum legione intra Delexta Regnum beneficio militari admunimento ad Ruiclem Lel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem extra quatuor Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque monitiones appellationes ac causarum regestiones faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel iudicatis exadvnibus suspensionibus fatalibus iuris Poloniae Terrestri bello convocationeque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac una praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Episcopus Ritus Graeci Walawskiey Tenetur.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Admodum Reverendus Athanasius Krupeczki Episcopus Ritus Graeci Premisliensis sanus mente et corpore existens a Terminis distibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando ac subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosae Mariae Generosi olim Ioannis Walawski consorti relictae et ipsius posteris summam duorum millium et quingentorum florenorum pecuniae polonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum per se reqnitem pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam supradictam